

nos. Bene vale cum tota laudatissima Re-
publ. cum Ecclesia & familiis vestris. Basileæ
24. Febr. 1583.

Vere tui amans

J. Grynæus.

EPISTOLA XXIII.

S Nescio qui fiat, ut quotiescunque mihi
offertur Noribergam scribendi occa-
sio, tu mihi inter primos occurras, effi-
ciasque, ut quam me vitam ducere apud Te
profitear, cæteris præstantissimis viris me
satisfecisse confidam. Nimirum is tuus est
genius *φιλητός*, ut non minus tuis omnibus,
quam mihi sis *εὐπροσήγορος* & mutuæ bene-
volentiae testis. Voluit me Deus inter funera
civium superstitem cum meis familiaribus
esse. Si me postremum agmen deceden-
tium claudere volet, vestrum fuerit oram
solventi bene precari. Deum autem toto
pectore oro, ut te cum Amplissimo Dn. Pa-
tre

historiæ Noricæ excussor diligentissimus, summo
Reverendus noster G. G. Zeltnerus D. defenden-
di partes in me transtulit sub titulo: Dissertatio
historica, qua *Mauritii Hellingi* ad D. Sebaldi per
annos XL. Antistitis Norib. vita, placita & stu-
dia percensentur Aldorf, 1714, in 4to 19. plag.